Bamberg. Staatsbibl., Bibl. 45, f. 1v

Psalmus iste n(on) habet titulu(m). sed ipse e(st) loco tituli alior(um). quamuis multi existiment unum esse psalmu(m) hunc & illu(m) qui sequitur. quia hic a beatitudine incipit & ille in beatitudine finit. Afflatus namq(ue) sp(irit)u s(an)c(t)o rex potentissimus atq(ue) humillimus & de praeceptis edoctus. sciebat in quod malu(m) lapsu primi hominis deciderit genus humanu(m). & qua salubre remediu(m) futuris fidelib(us). erat uenturu(m) p(er) mediatoris d(e)i & hominu(m) ih(es)u xp(ist)i aduentu(m). cordis oculum in ipsius incarnationis figens archana. longo post futura quasi p(rae)terita canens. hoc psalmi huius coepit initiu(m). Beatus uir qui n(on) abiit in consilio impior(um). & reliq(ua).

Congruu(m) plane principium. & omnino conueniens. ut qui in miseria iactabamur et luctu p(ro)p(ter) p(ro)priu(m) meritu(m) beatitudinis animaremur gr(ati)a. p(er) dominici hominis ih(es)u xp(ist)i uidelicet respectum. Beatus [illegible] d(icitu)r. quasi bene aptus ut dictus cui cuncta ad uotu(m) succedunt p(ro)spera. Vir dicitur a uirib(us) [illegible] qui uiriliter cuncta p(er)fert & aduersa. Q(uo)d nomen humanitati redemptoris satis congruit. de q(uo) p(ro)pheta ait. Ecce uir oriens e(st) nomen eius.

Trib(us) namq(ue) modis om(ne)s humani generis solent errores. cogitatione uidelicet. dicto & opere. quos hic p(er) ordine(m) denegat de beato uiro. Non abiit in consilio impior(um). [illegible] scilicet primae adcogitationes quae in illo nullae. nisi bone omnino esse potuerunt. Via actiones significat. [illegible] carent nisi rectis. quia ut uerac[iss]ime de eo petrus [illegible] peccatu(m) n(on) fecit. nec inuentus e(st) dolus in ore eius. [illegible] cathedra ad doctrina(m) p(er)tinet. qua(m) pestilente(m) ignorauit. quia om(n)ia bona docuit. bonu(m)q(ue) instituens doctore(m). [illegible] nisi quae fecit docuit. sicut scriptu(m) e(st). Quae coepit [illegible] facere & docere. Et nota ordine(m) uerbor(um). quomodo [illegible] adam totus aptatur. Abiit ille. cu(m) a praecepto

BEATUS VIR

QUI NON ABIIT IN CONSILIO IMPIORUM

& in uia peccatoru(m) non stetit. & in cathedra pestilentia non sedit.

Sed in lege d(omi)ni uoluntas eius. & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tamqua(m) lignum.

Si ad xp(istu)m refertur. lignu(m) uitae est sapientia. dicente salomone. Lignu(m) uitae est his qui apprehenderint ea & qui tenuerit eam beatu(s).

Nam xp(istu)s p(er) diuinitate(m) sapientia d(e)i patris. sicut dicit ap(osto)l(u)s. Ipse e(st) d(e)i uirtus & d(e)i sapientia. Hoc est illud lignum uitae. quod plantatu(m) est a d(e)o patre in medio paradisi. i(d est) in aecclesia.

A quo multae populi sunt.

Nam sicut aquae ad p(ro)na dilabuntur semp(er). ita genus humanu(m) a principio natiuitatis more fluuior(um) ad mortis decurrit terminu(m).

A qua etia(m) designatur sp(iritu)s s(an)c(tu)s sicut d(omi)n(u)s ait. Qui sitit ueniat ad me. & de uentre eius fluent aquae uiuae. Hoc aut(em) dixit de sp(irit)u & reliqua.

A quae etia(m) signant sacram scriptura(m). de qua scriptu(m) [illegible]

A qua p(ro)funda. sermo ex ore uiri. Plantatu(m) lignum secus decursus aquaru(m).

[illegible] natus e(st) xp(istu)s iuxta decursus [illegible] decurrentiu(m) p(ro)phetaru(m)

Abb. 1:1

Reproduktion / Veröffentlichung
nur mit Genehmigung und Angabe:

Staatsbibliothek Bamberg
Sign.: Msc. Bibl. 45, fol. 1v oben

Belegexemplar bitte an:
Staatsbibliothek Bamberg
Neue Residenz, Domplatz 8
D-8600 Bamberg